

an vigilan tiam atq; iusticiam. quarum altera im-
 posito sibi tanto munere congregavit tam multa
 plices comecatus. altera que equalitatem per omnes
 seruauit. Nam de magnanimitate quid loquar:
 quod venditus a fratribus in seruitutem non retulit i-
 niciam. sed famem depulit. Quid de suauitate. que
 dilecti fratris penitentiam pia fraude quesuit. que
 simulato per elegantiam furto reuertit rapine.
 ut obsidem teneret gratie. unde merito ei a patre
 dicitur. filius meus ampliatus Joseph. filius me-
 us ampliatus zelotes. filius meus adolescentior Ad-
 inuet te dominus meus et benedicat te benedictione celi
 a summo. benedictione terre habebitis omnia. propter
 benedictionem patris tui et matris tue. Preualuit
 super benedictiones motuum manentium. et deside-
 ria collium eternorum. Et in deuteronio. Qui visus
 est inquit in rubo ut veniat super caput Joseph.
 et super verticem ipsius. honorificus inter fratres pri-
 mitiuus tauri. decus eius cornua unicornis in ip-
 sius cornua gentes ventilet. simul usque ad ex-
 tremum terre ipsi decem milia effrem. et ipsi milia
 manasses.

Capitulum. 27.

Quod alius itaque debet esse qui consilium alteri
 det ut seipsum formam alius prebeat ad ex-
 emplum bonorum operum in doctrina in integri-
 tate. in grauitate. ut sit eius sermo salubris at-
 que irreprehensibilis. consilium vtile. vita honesta